



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

cū spiritu fidei cōmercij est, ut maxime omnia optimā  
foris uel sapientiæ uel iustitiæ speciem habeant &c.

## CAPVT XI.

**H**oc caput confirmationē regni Saulis, ubi  
fortiter per deum fecerat, habet.

**H** Quasi post mensem, non est in  
Heb. & corrumpit historiæ ueritatē. Nam  
sequenti ca. dicit Samuel, q̄ Israëlitis cœpit imminere  
Naas primū, quando petebant regem. In quo uidetur  
carnis natura. Deum fateri uidetur protectorem, sed  
in tentatione & angustia ad sua fugit consilia, nō agni-  
to deo. Sic & Ahas non potuit persuaderi ab Esaia,  
q̄ tuus per dominū foret à duobus regibus, sed dixit,  
Non tentabo dominum &c. q. d. Non committam me  
uanis promissis, præsens uideo periculum, uiribus hic  
consilio & armis opus est, milites non prophetae hic  
ualebunt, ubi uacauerit prophetias audiā, nescio quid  
sit quod dicitur de rege cœlorum, à rege potius Assy-  
riorū suppetias quæram. 4. Reg 16. Itaq; tentatio pro-  
dit quæ sit hypocritarum de deo fiducia.

Ammonitiæ sub Iepthe duce Israel repetierunt ter-  
ram Canaan quasi iniuste occupatam à filijs Israel &  
quasi ipsorum fuisset, & omnium uicinarum gentium  
odia erant in Israelem, q̄ illic habitaret & alijs uiue-  
ret legibus seq; gloriaretur esse dei populum & deos

gentium demonia diceret. Ita oppugnari oportet qui uolunt esse dei populus, id est non alijs quā dei uere legibus & uoluntate. Non cogitemus hic solum Turcas & manifestos latrones, sed qui fratres uidentur hostes maximi sunt, & uellent nos e terra esse sublato, nihil timentes hic irregularitatem uiri sanguinum, qui seruiunt deo die ac nocte, abstinentes ab omni opere immundo, id est, ab agricultura & sudore uultus, quemadmodū Hebræis tūc maximi hostes erāt qui secundū carnem fratres erant, ut Idumei, Ammonitæ, Moabitæ, Hismaelitæ siue Agareni, qui hodie dicuntur Saraceni. Vnde aiunt Idumæi in psal. Exinante exinante usq; ad fundamentum in ea.

Porro Ammonitæ qui ex Loth erant, sicut & Moabitæ, suscepti ex stupro filiarum, occidere uolunt fratres Hebræos nisi se ipsis tradant, & cū traditis aiunt se non posse pactum facere nisi eruant eis dextros oculos & ita eos faciant opprobrium in Israel. Proprie significant illos qui non sustinent ut uideamus oculo dextero, id est, oculo fidei, uolunt ut tantū oculo sinistro uideamus, id est, sentiamus secundū rationem & prudentiam carnis. Hic illa sunt opprobria in populo quæ hodie uidemus, abiecto enim intellectu dei, qui dicit in psal. Intellectum tibi dabo &c. intellectum nostrum sequimur quemadmodū equus & mulus suum. Hic nullū remedium nisi deus mittat qui zelo dei ac-

136

7 - frum H -  
 2 - fur 1 - grad  
 136

censi quasi Saul gladio spiritus nos redimant, id quod hodie facit &c. **Fueruntq;**

Nota hic, q; etiã ante regni separationẽ, separatis nominibus dicti sint alij filij Iuda, alij filij Israel.

**Non occidetur.**

Vindictam prohibet, ut à clementia regnum aufpiciatur, & ne Saul propter se permetteret fieri cædem, qui alioqui iniuriam alijs illatam ut iudex debebat ulcisci.

**CAPVT XII.**



Qvia populus sæpe admonitus uerbis dei, q; peccarit petendo regem, non uult agnoscere peccatum, acri oratione ex operibus dei longius quidem sed paucis uerbis repetita, in qua ostenditur hæctenus deũ regem fuisse & suscitasse bonos principes in hunc usq; diem, castigat populi peccatum, ut agnoscant quid fecerint. Et præterea manifesto dei miraculo dura corda uincit, & fateri cogit peccatum, quod hæctenus sua sapientia iudicaret rem & utilem & necessariam & sanctam. In qua oratione ut multa scitu dignissima uidemus, ita non est nobis negligendum quid prophetam urgeat, qui se suosq; cõtemnit filios ad quos pertinebat principatus, & de solo pctõ populi sollicitus est. Charitas hic regnat in sancto pastore ubi seure uidetur, quẽ admodũ Ste-